

6729

2164 V. Jur.

6729

Illustre iuris exercitium,

DE MODIS ACQUIR RER.

dom. iuxta seriem §§. Inst. iur. con-
cinnatio.

Q. V. O

IN SIGNIORES DE VENAT. AVCP.
piscat. de impensis. de fructibus à b.f. poss. perceptis. de bello de
thesaurorum. aliarumque rerum. inuentione
ventilantur quæstiones.

HABITVM

IN ILLVSTRISSIMORVM DVCVM
Charitinorum noui, quod est Tubinga, Colle-
gij auditorio.

PRESIDENTE
CLARISSIMO
ET CONSULTISSIMO VI-
R O DOMINO GEORGIO Loscio
V. I. D. Professore & antecessore d. Colle-
gij fidelissimo.

RESPONDENTE
GEORGIO FRIDERICO
Truchses, Equit. Misnico.

Ad diem 23. Octob. hora 7. antemerid. Anno 1602.



TUBINGÆ,
Apud Georgium Gruppenbachium.

ANNO 1602.



ILLVSTRISSIMO
AC POTENTISSIMO PRIN-
CIPI, DOMINO, DOMINO MAVRITIO,
Hassiae Landgrauio, Comiti in Cattenelnbogen, Dietz, Zi-
genhain & Nidda, &c. Domino suo
clementissimo.



VOD GRAVITER, ILLVSTRISSIME AC
Celsissime Princeps, Domine Clementissime, Imperator Iusti-
nianus de conseruanda Rep. in Praefat. Nouell. 163. scriptum post se
reliquit his verbis: Præstantissima inter homines bona sunt,
Iustitia & benignitas, quarum altera æquabiliter suum
cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad misericordiam decurrit,
& debitorum incommoditate egentes liberat. Hæc ornare firmareque
Imperium, hæc conseruare Remp. hæc pulchrit̄ humanam nouerunt
gubernare vitam, &c. Id Hassi C. T. clientes experiuntur esse dictum verissimè,
Nam quandò ea demum, teste quoque Solone & Socrate, beata censetur esse Respub.
in qua aut doct̄ regunt, aut qui regunt, omne studium in doctrina & sapientia collo-
cant, quique ut viiles suis se præbeant subditis, eo solo afficiuntur benignitatis studio,
quo ex virtute et gloria, ut Imp. vt ar verbis, remunerationem habeat. Cattorum opor-
ret esse præsaterū Remp. beatissimam, Principem adeptam diuinis isti animi dotibus
singulariter omnibus condecoratum. Quanta enim sit in C. S. in omni literarum, lin-
guarumq; genere præstantia, quanta omnium bonarū artium, legumq; Romanarum,
quib; cuiq; suū tribuitur, peritia, iamdudum etiam metacente, in tota Rom. Imp. per-
crebuit fama: Cattorum Principem Mauritium eruditiorne Principem
non habere secundum, quod uno ore viri doct̄ satentur omnes, quasi tum natu-
ratum Philosophia, adeoq; tota penè Musarum cohors, CLIO historiarum cognitio-
nen: virtutes heroicas MELPOMENE: THALIA Legū: ERATO & VRA-
NIA Musices, Mathematum & cælestium siderum notitiam, CALLIOPE hu-
manitatis ac literarum studium & amorem propè insatiabilem in hunc potissimum
Principem MAVRITIVM sua contulisse videantur dona. Loquatur modò augu-
stum istud Ducum Charitiorum, noui, quod est Tubing. Collegy auditorium, quod pu-
blica quadam in disputatione, An. 1602, die 10, Iul. habita, C. S. non sine admiratio-
ne, Præsentib; Illustrißimis, Illustrib; Generofis, Nobilißimis, alijsq; viris clarissimis ac
consultissimis, suis ingeniosissimè inuentis argumentis accuratissimè differentem, ver-
biq; tam ligatis, quam soluū longo tempore memoriter, instar Rhetoris disertissimi
erantem, perorantem, attentis, attonitis audiuit aurib. O beatā tali literatissimo Prin-

cipe Rempub. Accedit ad singulare C. S. ingenij acumen, elegantemq; doctrinam, incredibili animi mansuetudo, eaq; ipsa, quam Imp. Iustin. in d. N. conseruaticem ait Reip. nunquam satis laudata, in subditos suos benignitas. Has virtutes in C. S. summas ostenderem, nisi iam ante plurib. doctissimorum virorum monumentis ita vbiq; innoverissent, vt admiratione magis, quam fide & testimonio indigere videantur. Loquatur Hassia, quantum C. S. de subditorum incolmitate sustineat curam, vt alacriter ipsis & benignitas impertiat & securitas, molestijs ab incuria Hispanici exercitus non ita pridem urgentib. mira dexteritate, prudentia, & consilio vix dum sotius. Quam minime quoq; C. S. licet in altissimo dignitati gradu sit collocata, ab hominum praesertim literatorum abhorreat consuetudine, huius praelata Tubinga prabuit documenta, quanta animi mansuetudine omnes penè & singulos Illustri noui Collegij Illustriissimos, Illustres, Generosos, Nobilissimos, ceterosq; compellarit incolas. O beatos tali benigno ac mansueto Principe clientes? Ha sunt istæ, quas Imp. Iustinian. in memorata modo Nouell. tantoper commendat in pio Princeps virtutes, quæ & Deo placeant, & Princeps munitum ac quietum constituant Imperium: Hac sunt, non istud, non istud Machiaueristarum, oderint quem metuunt, elogium, quæ subditorum amorem, et plebis conciliant obsequium Princepi, animi dona? Hoc animo meo volvens Celsissime Princeps, quam clementes C. T. præter alios & mecum, non semel, sed iterum contulerit sermones: in mentem insuper reuocans, quâ Illustriissima Cattorum domus meos maiores & cognatos iam olim partim, partim etiamnum suas humiliter C. T. nuanthes operas fouerit et adhuc clementia, curas non semel haec tenus in eam rem meas impendi, quo modo summam istam C. T. erga me, meosq; clementissime declaratam animi mansuetudinem memori mente non modo prosequerer, verum etiam quib. possum modis deprædicarem. Qua de causa cum vix villa ratione erga C. T. animi mei obseruantiam testari possem, ab officio meo, hoc praesertim atatus flore, non alienum fore duxi, si materiam iuriis Rom. qualis hæc, de acq. rer. dom. visa est, selectiorem, in certas redactam conclusiones, iuxta seriem SS. Inst. iur. ipsius potius textus, quam à textu alienis Interpretum verbis usurpus, Illustri noui Collegij publica censuræ submitterem discutiendam, easq; Illustriissimo C. T. nomini in submisæ ac animi grati significacionem inscriberem. Quocirca Illustriissime Princeps, literatorum hoc seculo Mecænas clementissime, C. T. has studiorum meorum primitias, ea, qua par est, reuerentia, offero, dico, ac consecro, humiliè rogans, me in numero Clientum suorum esse patiatur. Dat. in Illust. Tub. nouo Collegio, die vlt. Septemb. An. 1602.

C. T.

Reuerentercolens

Georgius Fridericus Truchses
Eq. Misnicus.

ILLVSTRE IV- RIS EXERCICI- TI V M.

Enumeratio mod. acq. rer. dom. de
iur. gent.

MODI IVRIS GENTIVM AB ALIIS
aliter enumerantur, nos instituti nostri memores eo-
rum 23 secundum §§. seriem constitulmus.

1. est de iur. venand. aucup. pisc. & feræ igitur.

Feræ bestiæ, volucres, pisces, & omnia animalia, quæ mari, cælo, &
terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gent. statim il-
lius esse incipiunt.

Q V A E S T I O I.

ARg. h. §. saltuosam & clamorosam, ut loquuntur, venatio-
nem nec turpem, nec illicitam esse, ut quidam Augustini (a)
autoritate suffulti falsò autumant, statuimus. (b)

a) in c. qui venatorib. dist. 86. (b) per tex. c. 1. 9. & 25. Ge-
nes. 1. 1. 3. ff. eod. Arist. 1. polit. c. 5. ibi, venatio sylvestrium animalium est iusta & na-
turalis, quia per eam homo sibi vendicat, quod est naturaliter suum.

q. 2.

Quemadmodum etiam personis Ecclesiasticis omnimodò eam
interdictam qui sentiunt, errore seipso implicant.

Tùm propter text. huius generalitatem, & allegata suprà ad lit. b. tùm quod
venatio ob causam his personis prohibita in t. de venat. Cler. ea sublata, in ceteris ve-
deatur admissa, arg. c. cessante, de appellat.

q. 3.

Vt & eorum, qui aucupium statuunt esse quoddam venationis ac-
cessorium, arg. h. §. ita, vt si qui habeat ius venandi in hoc, vel illo lo-
co, vulgo den Wildban (a) acquisitum quoque habeat ius aucupandi,
den Vogelweid (b) à veritatis tramite alienam esse concludimus ien-
tentiam,

a) Quod generalius sumitur vocabulum, aliquando pro foresta bannali, ut omnia iura, puta, Gebott / Verbott / pignorationes, auctoritates, ius glandis legenda, pecoris pascendi, &c. quod penè generali Principiū confuetudine hodiè receptum est. Aliquando speciales, pro ipso tantum venandi iure, das klein vnd groß Weidwerck zutreiben / qua significatione §. textum exaudiuimus. (b) Tum quod sint diuersæ species, à quibus ad inuicem male infertur, l. Papinianus. 20. de minoribus l. fin. de calumniat. facit arg. c. cum olim. c. auditis. de prescript. c. cum contingat, de decim. quib. locis de una specie Iurisdict. ad aliam nec argumentatur. Tum quod seruitutes, qualis hac est, sunt stricti iuris, l. si mater. ii. §. 6. de except. rei iud. limitationem vid. in obs. And. Geil. obs. vlt. de pignorat, n. 4.

q. 4.

Recte nec illud infertur ex. § ius habet venandi, ergò indistinctè omnes tam maiores, quam minores capere iure licet feras bestias. Unde licet Princeps, Comes, Baro, Nobilis, &c. habeat ius venandi maiores feras, vulgo, das hohe Wildbrett / ex præscriptione acquisitum: minores tamen feras venandi ius, vulg. lingua, das kleine Weidwerck (a) vel contraria non habere acquisitum iuri verior est sententia, (b)

a) Puta, vulpes, lepores, gallina sylvestris, & qua iure venandi pro minorib. habentur. (b) tantum enim præscriptum, quantum posse sum, c. sine possessione. de R. I. in 6. l. 25. 44. §. fin. de vñcap. vid. Hylm. Sympb. t. 2. p. 1. v. 1. num. 34. & ibid. relatios.

Text.

Quod enim nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.

q. 5.

Ex his verb, vitiosam à vulgo hominum extrui consequiam arbitramur: venatio est iure naturæ subditis permitta & quæsita, ergò male faciunt Principes, qui eam prohibent subditis.

Nam & multa alia, quæ erant iure naturæ permitta, lege postea humana, adiuncta hominum malitia, & vsu Reip. exigente, fuerunt immutata. In Principio omnium rerum erat communio, quarum, urgente necessitate, circiter annum mundi 2000. arg. c. 10. Genes. facta est distinctio, §. ex hoc iur. Inst. suprà de iur. nat. gent. & ciuil. Sic naturæ Principium erat & est, neminem debere locupletari cum alterius damno & iniuria; tamen ex necessitate leges permiserunt in precio emptionis & vendit: contrahentib. se inuicem circumuenire, Vlp. in l. 16. de minorib. & Paul. in l. 22. locat. rationem reddit Seneca, nam, inquit, sublata spe questus, languet mercatus, consequenter commune bonum Reip. Accedit ius Can. in c. pen. de empt. nec abhorret ius

ius diuinum politicas p̄f̄m approbans ll. quo, sicut & iure naturæ, quamvis omnib. imitio venandi ius erat commune, non vi quidem dominij, illius, quod longè post iure gent. est introductum, sed facultate quadam naturali hoc diuino proclamate publicata: dominamini bestijs terræ, &c. Idem tamen aliud, humanis necessitatibus suadentib. inhibitorū proposuit Edictū tale: omnis omnia subdita sit Magistrati, quo naturalis ista venandi facultas, ob bonum publicum paulatim coarctari cœpit, Magistratus diuinitus autoritate constituti, iure liceat non veteri, arg. l. 9. §. 5. l. 62. de vſuſr. l. 22. de instruct. l. 26. de vſur. tamen ciuili nouo. Friderici puta Imperat. constitutione in vſib. feud. t. 27. de pac. tenenda. §. si quis rſticus, lib. 2. feud. donec Principes Romanisibi ſolu hoc venandi ius longa vſurpatione vindicarint: idq; nulla subditorum iniuria. Nam in publicis venationem prohibentes, vtuntur iure ſuo proprio, locis publicis, cuiusmodi ſunt etiam saltus & nemora venatoria, iure quodam superioritatis ex l. Regia descendente, iam dudum ad ſe translatu, l. 2. §. 16. l. 3. Ne quid in loc. publ. l. 2. de via publ. l. 1. §. 42. de aq. quot. l. 9. ad l. Rhod. l. 2. C. de quad preſcript: qui autem iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam, l. nullus. de R. I. In priuatis locis, vtuntur iure, tacito vel expreſſo populi conſenſu ipſis quaſito, populo ob bonum publicum, & inſignum ſuprema ſubiectionis facile conqueſteant, arg. l. vnc. C. de venat. fer. lib. 11. & d. t. 27. lib. 2. f. Cum autem aq; atti naturali nihil tam ſit conueniens, quam voluntatem domini volenti rem vel ius ſuum in alium transferre, ratam haberet, §. per traditionem inſrā h. t. & patientia in corporalib. habeatur loco traditionis, l. 15. in fin. l. vlt. de ſeruit. ſequitur rufſicis noſtris nullum amplius ex noſt. §. ſuperelle queritandi locum.

q. 6.

In tantum, vt etiſi ſyluas habeant proprias, venatoriæ ſi fuerint, arbores pro arbitrio ipſis ſuccidere non liceat.

Perrat. text. in l. 15. §. 6. de vſuſr. l. 13. §. 1. de ſeruit. 'rufſ. facit arg. l. 6. §. fin. l. 9. ſi ſeruit. vind. tex. in l. 10. 11. de vſuſr. Geil. 2. obſ. 67. n. 6.

q. 7.

Ex his verb. tex. quod enim nullius est, &c. haud itelegans oboritur quæſtio: Cum feræ bestiæ ſint nullius in bonis, & in priuatorum gregatim ſæpius excurrant agros, ſata magno pauperum dolore depaſcentes, quisnam ad damnum iſtud resarciendum teneatur? Eam ex iuriſ & qui fontib. ſub diſtinzione diluimus.

Vt ſi dominus ſyluarum ſubditis feras bestias ex proprijs agris abigere canibus vel alijs commodi medjjs permittat, illud ad agrī dominum ſpectet dampnum, per rat. l. dampnum. de R. I. in 6. prout ſalubriter conſtitutum eſt in foreſta Württemberg. iii. Von Behütung der Früchten. & duob. ſeqq. fol. 86. ſin minis, dominus ſyluarum ad estimationem damni dati, vel utili l. Aquil. vel de paſtu pecor. atq; vel ex delict.

I L L U S T R E I V R I S E X E R C I T I V

delict. si quadrup. paup. fecis. dic. agri domino teneatur, tex. in c. fin. de iniur. & dam. dat. text. in l. fin. C. ad l. Aquil. vid. And. Geil. 2. obs. 68. n. 10. Medic. q. 19. n. vle. Quemadmodum et illud damnum, quod venatores in ipso venationis actu segetib. inferrunt, resundendum postular aquitas, per rat. in l. locupletari. de R. I. in 6. & rat. vulg. reg. grauatus in uno, in altero debet subleuari, ne, qua ob publicum bonum venatio subditis videatur prohibita, maius publicum inde damnum eueniat. Modus igitur venandi sit moderatus & innoxius, citra agrorum priuatorum depopulationem, loco & tempore conuenienti instituendus, arg. l. 6. C. de metall. lib. 12. l. 2. §. merito, cum seqq. Ne quid in loc. publ. Meminerint Principes illius, quod ait Alexander Imperator de potestate Principis Rom. in l. 3. C. de testament. Licet lex Imperij solennib. iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium Imperij est, quam legib. viuere: & Theodosius & Valent. Imperatores in l. 4. C. de leg. digna vox est maiestate regnantis, legib. alligatum se Principem profiteri.

Text.

Plane qui alienum fundum ingreditur venandi, aut auocupandi gratia, potest a domino, si is præuiderit, prohiberi, ne ingrediatur.

q. 8.

Sed quid si, non obstante prohibitione, ingressus coepit quasdam iure veteri adhuc capere licitas feras, cuius illa sint, in utramque rationes militan thaud vulgares? capientis iuri consona videtur sententia.

Per text. §. nost. fera igitur, ibi, quod enim nullius est, &c. facit l. 13. §. vlt. de iniur. gl. in l. 3. §. 1. ff. eod. Excipe, vt in casu l. 26. de usur.

q. 9.

Diu multumque exagitata hæc verba textus: Potest quis a domino fundi prohiberi, ne ingrediatur, &c. conuenienter examinandam offerunt quæstionem: Utrum Princeps, Comes, Baro, Nobilis, quiue alias, ius gladij habens (a) subditis usum venationis, sub poena capitii, iure prohibere possit? moderato (b) non priuati, sed publici (c) gladij usus iure non diffitemur.

a) per rat. text. in l. 3. de Iurisdictione. (b) Ter ad minimum repetita venatione, ex qua delinquenti extrema contumacia, arg. l. 68. & seqq. aliquot. de iudic. & summus Magistratus contemptus, l. non potest, 260. de R. I. qui pro atrocissima habetur iniuria, §. atrox infra de iniur. colligitur, criminaliter officio iudicis poena extraordinaria legum autoritate vlciscendus, §. in summa sciendum, infra de iniur. l. in capitalium. §. solent. de pœni. Accedit ius forest. Würtemberg. vers. die erst Berglein Chung/fol. 92. (c) Magistrati ad coercendos contumaces, & salutem Reip. vt & hoc

hoc casu , promouendam , diuinitatis concessi , cui qui resistit , Dei ordinationi resistit , Rom. 13. Ne tamen durius in eiusmodi transgressorem quid statuatur , cautum oportet esse iudicem , ne sub colore huius potestatus , ius vel diuinum , vel naturale lœdatur , arg. l. 1. §. 1. de dol. except. ponderati persona qualitatib. diues an pauper sit , & similib. circumstantijs. Nam & furtum in casu necessitatibus factum excusationem mereatur , c. si quis propter necessitatem de furt. sic hominem , imo aliquando patrem occidere , ut in casu l. minimè. de religios. & sumpt. fun. V. Godofr. in prax. ciuil. lib. l. t. 2. cap. de lege Apostolica. pag. 17. & seq.

Text. quicquid.

Quicquid autem eorum cœperis , eousque tuum esse intelligitur , donec tua custodia coercetur.

q. 10.

Quæstionem textus suppeditat talem : Vtrum feræ bestiæ , quæ in sylvis circumseptis vagantur , & pisces , qui sunt in lacu vel stagno , nostra coerceri videantur custodia ? & magis est non coerceri .

Text. est in l. 3. §. 14. de acquir. rer. dom. rationem vid. in l. 15. & duab. seqq. de act. empt. & in §. suprà quod enim nullius est , &c. Cuiac. 4. obs. 2. & Paul. ad edict. d. l. 3. Wefemb. ad d. §. fera And. Geil. 2. obs. 62. n. 10.

q. 11.

Caterum controuersum memini , stagnum vel lacum eiusmodi , utrum ad pisces contra aquarum inundationem coercendos , sepius liceat , contradicentibus inferiorum prædiorum dominis ? sub temperamento iuris (a) haud abnuimus.

a) Quod permittit agere facere in suo , sibi ne noceat , dummodo non animo fiat nocendi vicino , text. est in l. 1. §. 11. 15. l. 2. §. 9. de aq. pl. arc. tex. in l. 24. §. 12. l. 26. de dam. infect. si tamen facto isto aqua pluialis compressa vehementer fiat , ac ultra naturam nocens fluxus , vt opere sublato , erumpat , & inferiorum prædiorum dominie damnum inferat , act. pl. arc. faciens evitetur , per text. in d. l. 1. §. 22. aq. pl. arc. Oldend. claf. 6. cap. defensionis. 3. act. 21. de aq. pl. arc.

S. illud quæsumus.

Quæsumus est , an si fera bestia ita vulnerata sit , ut capi possit , statim tua esse intelligatur ? & non aliter tuam esse , quam si eam cœperis consultorum aientium Imperator confirmauit sententiam.

B

Vnde

q. 12.

Vnde cates ex tuo neimore feram in vicini syltam persequentes, dominum istius syluae illicite (ut s̄pē accidit inter status Imperij) pignorare statuimus.

Arg. text. huius. §. concessa enim persecutione nec difficulti, consequenter & reliqua concessa intelliguntur, sine quibus ista persecutio, cuiusmodi sunt canes, &c. commode expediri nequit, per text. in l. 2. de iuri dict. facit arg. l. 3. §. qui habet haustum. de seruit. rust. præd. Accedunt præjudicia Cameralia, mandatis ob id haud raro impetratis, Geil. de pignorat. obs. 4, Gylm. t. 2. Symph. tract. incipiente, dubiorum, &c. p. 262. & seq. per text. in c. 1. de iniur. in 6. & in Nouell. ut non fiant pignorationes, scilicet i. de formis applicationum pro impari. eiusmodi mandat. V. in d. tom. p. 3.

q. 13.

Quid si autem canes tui persequerentur feram in vicini territorium, & vicinus iste suos quoque immitteret canes, fera ista capta cuius sit de facto nuper incidit questio? Eius esse cuius primū cuperint canes ratio iuris (a) haud est obscura.

a) Nam que in spe & in incerto euenta posita sunt, ea in bonis nostris non sunt, per tex. in l. precia. 63. vers. sed nec. ad l. falsid. quocirca antequam capta fuit in neutrius bonus dicitur fera, arg. text. §. quod enim nullius supra eod. sed tantum in spe capiendi: quamprimum verò ab alterius canibus capta sit, eius in bonis incipit esse, per text. d. §. questum, in fin. Sin neuter ab altero præuentus, concursu partes esse faciendas, arg. l. si pluribus de leg. 1. §. si ea res infra de leg. l. vn. §. ubi autem. & seq. C. de cad. tollend. aut sortis iudicio committendum, arg. l. in trib. ff. de iud. l. si ad prin. C. Com. de leg.

q. 14.

Et cum non aliter tua sit fera, quam si eam cuperis: (a) ex ratione consequentiæ, ius tibi cingendi (b) sylam: nullo modo verò cædendi ligna ex sylua venatoria aliena ad usum des Hagens (c) competere censemus.

a) Text. d. §. questum est. b. tit. l. 5. ff. eod. (b) perrat. d. l. 2. de iuri dict. arg. l. 1. si ususfruct. petat. l. 2. §. 2. si seruit. vindicet. (c) Tum quod Sagan est instar retium, & casuum, quibus proprijs ius habens venandi exercere tenetur venationem, Gylm. in Syntag. 1. decad. 3. Vot. 2. num. 9. Tum quod seruitus venandi sit stricti iuris, per allegat. supra in quest.

Aprum

q. 15.

Aprum an ceperis, in laqueum si, quem posuisti, inciderit, ambigitur? negantis iure (a) verior est sententia.

a) Per rat. tex. in l. aliud est. 71. de Verb. Sig. l. in laqueum 55 ff. eod.

Iudicis tamen arbitrio, si Titius eum exemerit, vtrum diutius luctando expediturus se fuerit, necne, astimandum relinquimus, d. l. 55. in fin. eod.

§. Apium.

Apium fera natura est. Ideoque apes sylvestres, vel quarum desij esse persecutio, includere, & fauos, quos fecerint, eximere cuius est licitum.

Variant locorum consuetudines. Aliter ius foresta Württemberg tit. Von wilden Obstbäumen vnd Jänen. Aliter ius Sax. Sneid, hic.

§. Pauonum.

Pauonum, columbarum, & ceruorum feram esse naturam nemo negat: in quibus tamen, ex consuetudine abire, redire solitis, talis comprobata est regula, ut eosque tua esse intelligantur, donec animum revertendi habeant.

q. 16.

Tum autem desisse habere animum revertendi quidam volunt Dd. si duabus vicibus emanserint. Iudicis ut relinquamus arbitrio ratio text. vrgere videtur.

§. Gallinarum.

Gallinarum & auferum non est fera natura. Ideò furtum, lucrandi animo ea qui detinet animalia, committere intelligitur.

q. 17.

Idem esse iuris in cæteris quoque animalibus contra naturam curatis statuimus. (a) Ut qui fraude, vel in escationibus eorum revertendi animum auertat, columbas forte ab alterius deducendo columbario, furti teneatur. (b)

a) Per tex. d. §. pauonum. ibi, tua esse intelliguntur. & l. 3. §. 15. & seq. de acq. pos. (b) Text. est in l. 8. §. 1. ibi, columbas, quæ emitti solent de columbario, si quis eas adprehendisset, furti nob. competit actio, & ratio ib. ff. fam. ercise.

3 ILLUSTRE IURIS EXERCITUM.

S. item ea. 2. mod captiuitas.

Quæ ex hostibus capimus iure gentium statim nostra fiunt.

q. 19.

Alij hunc text. accipiendum autumant esse sine effectu, eò quod miles rem captam in publicum conferre teneatur, ut ex equo inter omnes diuidatur. (a) Alij distinguendum putant inter res mobiles & immobiles. (b) Nos à tex. §. non recedimus. (c)

a) Quos refert, & refutat Gedd. ad l. 3. §. 1. de Verb. Sig. n. ii. (b) Mynf. Borch. bīc. Gedd. d. l. num. 10. Cuiac. 19. obseruat. 7. Bronhorst. & alij (c) quo minus captum ab hostibus indistinctè capientis fiat, text. est hic, & in l. 5. l. 7. l. 51. §. vn. ff. eod. l. 20. §. 1. de capt. l. penult. peculat. nisi speciali editio proposito, ut in publicum inferantur spolia & preda hostium, exemplo Iosue in c. 6. 7. & 8.

q. 20

Eleganter hoc loco quæritur, cuius expensis vrbs bellorum tempore muniri debeat, Principis, an vrbis? Principis si regales sufficiant redditus, (a) si minus totius prouinciarum impensis, (b) conferendo suam quotam, quæ & ipsa munitur, vrbs, asserimus.

a) arg. l. ii. C. de operib. publ. Arg. in l. turres. 18. C. eod. addel. 3. C. de vendend. reb. ciuit. lib. 11. l. 3. C. de diuers. præd. vrb. d. lib. inferuntur enim isti redditus à subditis, non vi in rem Principi propriam, sed in ciuium utilitatem conuertantur, Principatu ob ciuium salutem duntaxat constituto. (b) Pro modo facultatum cuiusq; arg. l. fin. C. de auth. præf. l. secundum naturam est. de R. I. utrobique Vafq. lib. 1. c. 6. n. 1. 2. & 3.

q. 21.

Ex hac & illa promanat quæstio: utrum subditi Principem suum proprijs impensis bellum insequi teneatur? teneri, sed moderatis stipendijs. (a)

a) Puta, si sufficientes Princeps habeat redditus, arg. l. 27. de Verb. Sig. & perrat. præcedens quæst. vid. Vafq. in d. lib. cap. 6. num. 4. & quos refert magno Cathalogo Dd.

q. 22.

Captum quoque bello Principem an teneantur redimere subditi, conuenienter nec ociosè quæritur? maximè si res ciuium egerit.

Arg. l. 4. tit. ff. & C. de neg. gest. ff. & C. mand. Vaf. d. l. n. 6.

S. item.

§. item, lapilli. 16. 17. 18. continentes mod. 3. 4. 5.

Lapilli, gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur. Item ex animalib. nostris procreata. Nec non prædio nostro per alluisionem, vel vim fluminis adiecta (si radices egerint, (a) iur. nat. nob. acquirentur.

a) *Quod rusticorum iudicio submittitur, creditur enim in arte peritū, l. 12. de stat. hom. l. 1. de vent. inspic.*

§. Insula. 19. cum seq.

Sext. modus est occupatio insulæ in flumine natæ : aluei quoque a flumine derelicti, qui quæué eorum est, qui prope ripam prædia possident.

§. quum ex al. 20. & 21.

Sept. mod. specificatio. Species ex aliena materia facta, si ad priorem reduci potest materiam, domino materiae cedit, si non, acquiritur specificanti : facta partim ex sua, partim ex aliena materia eius est, qui fecit.

§. statamen. 22. 23. & 24.

Oct. mod. accessio. Ratione cuius pretiosior cedit rei minus pretiosa. Non; mod. est confusio eiusd. vel diuersæ materiae, voluntate dominorum, vel fortuito casu facta. (a) Communis est utriusque materia domini. Decimus mod. est commixtio frumentorum, voluntate dominorum facta, frumentum est commune, secus, si casu. (b)

a) rat. vid. in Welssemb. hic (b) perrat, text. hic.

§. cum in suo solo. 25. & 26.

Vndec. mod. est ædificatio vel in suo solo ex aliena materia: velex sua materia in alieno solo scienter facta, vtroque casu illius sit ædificium, cuius & solum est.

q. 23.

Ne tamen locupletetur ex aliena materia in suo solo ædificans, conueniri potest act. de tig. iniunct. ad duplum materiae domino exoluendum. (a) Cæterum a digni (b) præstationem offerens audiendus sit, dubio non caret? Vtrum velit arbitramur. (c)

Q. ILLUSTRE IURIS EXERCITIUM.

a) Text. est in d. §. 25. & t. t. de tig. iniunct. (b) b.e. materia istius aliena, nam appellatione tigni omnis materia significatur, ex qua adficia sunt, text. est in d. §. (c) arg. verb, huius in text. ne cogatur.

§ certe illud. 27.

Quemadmodum etiam si soli dominus petat domum suam esse, bona & fid. adficatori, materia preium, & fabrorum refundere tenetur mercedes.

q. 24.

Impensae hoc loco iurdisquisitionem veniunt, quasnam soli dominus adficatori refundere teneatur. Distinguente inter b. & in fid. possessorem concludimus, illum ex sententia Caij omnes (a) per except. dolii mali repetere posse impensas, licet res non extet, (b) hunc saltem necessarias & utiles, si res extet & melior facta sit, (c) volutuarias, si sine detimento rei tolli queant. (d)

a) in l. 39. de hered. pet. (b) l. 38. d. tit. l. domum. C. de R. V. (c) d. l. 38. in fin. l. 36. in fin. de pet. hered. (d) d. l. 39. in fin. l. 4. in fin. C. eod. sed obstat vi detur vehementer §. noſt. in fin. V. Bronch. c. 3. aſſert. 17.

§. Si Titius. 28. & 4. seqq.

Idem in 12. 13. 14. 15. modo, putain plantatione, iſſitione, in scriptura, quod in adificatione statuitur, ut semper solo, & chartæ cedant, excepto 15. mod. sc. pictura, cui tabulam cedere non sine ratione placuit.

q. 25.

Ex verb. text. prope confinium arbor posita, &c. d. §. 28. vſu frequens emergit quæſtio: an liceat arborem, ramosuē in fundum vel ædes alii cuius impendentes, si officiant, autoritate propria succidere? non putamus.

Pertext. in l. 6. §. 2. arb. furt. cas. l. 1. C. de interd. t. t. de arb. cedend.

q. 26.

Aliam & hac text. verba: arbor communis fit, &c. commode discutiendam offerunt quæſt. Cum ex arbore communis fructus communiter participari necesse sit: (a) fructus ex arbore non communis in agrum vicini decidentes cui acquirantur? Eos arboris domino adiudicamus. (b)

a) Mynſ.

a) Myns. d. §. si Titius. (b) t. t. ff. de gland. leg. modò tertio die eos legere non negligat: nisi aliter loci consuetudo suadeat.

§. si qui à non dom. 33.

Decimus sext. mod. fructuum à b. fid. possessore ex iusta causa pro cultura & cura perceptorum acquisitio.

q. 27.

Qui euincere conantur ex hoc §. b. fid. possessorem industrielles dunataxat suos facere fructus, vim inferre videntur paragraph.

Propter seq. §. verba hac; ab eo consumptis, &c. text. est in l. 4. §. 2. fin. reg. l. 4. §. lana. de vsu cap. consequenter ab eo non consumptos dominus vindicabit, arg. b. tex. l. 22. C. de R. V. l. 44. ff. cod. l. 3. §. illorum autem insr à de offic. iud. ita accipimus l. 48. de acq. rer. dom. ut b. f. possessor industrielles fructus omnes etiam extantes suos faciat, per tex. b. §. naturales quoque omnes consumptus, ut hic.

q. 28.

Quid si autem b. f. possessor ex consumptis locupletior factus sit? ad id restituendum teneri rei domino naturalis expostulare videtur æquitas.

Text. in l. 3. de cond. indeb. l. 14. cod. l. 25. §. n. de pet. hered. l. 40. §. 1. cod. sed obstat. l. 4. §. 2. fin. reg.

§. Is verd. 34.

Fructarius non aliter fructuum dominus efficitur, quam si eos percepitur. Ead. fere & de Colono dicuntur.

q. 29.

Hoc loco decidendum occurrit illud dubium. Mortuo fructuario, fundi fructus ad quem pertineant? omnes, præter pendentes, (a) defuncti hereditib. cedere (b) puramus.

a) Per rat. l. 44. de R. V. (b) text. est hic. & in l. 78. de R. V. l. 13. quib. mod. vsufy. amit. l. 26. defurt. V. Hart. Fift. l. q. 24. n. 16.

§. Thesauros. 37.

Decimus sept. mod. Thesauri (a) inuentio. In suo, vel in loco sacro aut religioso casu fortuito inuentus, eius permanet: In alieno fortuito inuentus, aut in loco Cæsaris, dimidium erit inuentoris: Idem sta-

tuitur de thesauro in loco fiscalis, vel publico, vel ciuitatis, ut dimidium ipsius esse debeat.

a) *Quid sit, V. in l. 31. §. 1. ff. h. t.*

q. 30.

Penitatis rationibus, quibus hunc cum Callistrati (a) responso conciliare conantur locum Interpp. in eorum acquiescere nobis visum est sententia, qui statuunt, Iustinianum D. frat. sententia repudiata, Hadriani Imp. amplexum esse sententiam. (b)

a) *Quod extat in l. 3. §. si in locis. de iur. fiscis. (b) in hoc nosf. §. Cuiac. lib. 9. obseruat. 37. Borch. in c. de reg. infeud. Ant. Pereg. lib. 4. t. 2. num. 6. & seq. de iur. fiscis.*

§. *Per traditionem. 38.*

Decimus oct. mod. traditio, quæ nihil aliud est, quam voluntatis suæ in alium ex iusta causa facta rei translatio.

Text. est hic, & in l. nunquam. ff. ead. tit.

q. 31.

Sed an vacuæ quoque possessionis traditio requiratur, inter Interpp. iur. non conuenit? aientis verior est sententia.

Si enim ad acquisitionem possessionis requiritur vacans possessio. l. 3. §. 5. de acq. poss. sine possessione autem impossibile sit dominium acquiri, l. 1. §. 1. de atq. poss. vacuam quoque possessionem ad dominij acquisitionem requiri consequitur. text. est in l. 12. l. 13. C. de distr. pig. l. 25. l. penult. §. fin. de contrahend. empr. l. 30. §. fin. de act. empt. l. 3. §. 2. de act. empt. l. 8. C. eod. l. 12. C. de probat. Myns. i. obs. 53. Gredd. ad l. 188. Hot. Illust. q. 11

§. *Vendita. 39.*

Decimus non: modus est emptio venditio. Res tamen vendita & tradita aliter emptori non acquiritur, quam si precium soluerit, vel vendor fidem emptoris secutus fuerit, vel alio modo, forte pignore dato, vel expromissore, satisficerit.

Text. est hic, & in l. 19. de contrah. empt.

§. *Interdum. usque ad fin. tit.*

Sequuntur vltimò q. traditionis species. 4. quarum, 1. est constitutum, vt vocant, possessorium. 2. est clauium traditio. 3. Missiun projectio. 4. occupatio rei pro derelicto habitæ.

§. vlt.

q. vlt.

Quæ in tempestate leuandæ nauis causa ejciuntur, missilium, vel rerum pro derelicto habitarū numero haberi non debent, quemadmodum & ea, quæ de rheda currente decidunt, sed qui lucrandi animo abstulerit, furtum committit.

q. 40.

Qua de causa consuetudines plerisque in locis maritimis, quibus res littori maris appulsa dominis illius territorij vindicantur, tanquam irrationalib[us] damnamus.

Constit. Carol. cap. 218. Von Missgebräuchen/ce.

q. 41.

Quid si autem inuentor nesciat cuius sit res inuenta, restiturus eam si sciret? & quamuis furti hoc casu non obstringatur, si retinetat, (a) probè tamen arbitramur, fecerit, si libellum publicè proposuerit, aut ex suggestu proclaimari curauerit, restituturum, qui suum id esse certis ostenderit indicijs. (b)

a) l. falsus. 43. §. 8. de furt. (b) d. l. §. 4. & 8. defurt. quod & nostra consuetudine receptum est.

q. vlt.

*E*ugetea (a) sàpè promittuntur indicanti rerum amissarum inuentorem ambigas, a dominus, si indicauerit, ad ea exoluenda conueniri possit? Nob. videtur. (b)

a) b. e. inuentionis premia, d. l. 43. §. 9. defurt. (b) Et quid. prescrip. verb. act. l. solent. 15. de præsc. verb. Vnde inuentori casuali nullum debetur inuentio[n]is premium, arg. d. §. 9. Sneid. hic.

AD NOBILLISSIMVM DOM. RESPONDENTEM.



ON sedet hoc animo Cattorum Principis omnes
Mauritij dotes enumerare meo.
Namque ego si vellem dotes transfire per omnes,
Sufficeret calamo non satis vna dies.

B s

Quan-

Quantus enim Cæsar primis Adrianus in annis :
 Et Probus, & quantus Vespasianus erat ;
 Quantus erat Macedo , magni mirator Homeri,
 Et quem tot linguas edidicisse ferunt,
 Tantus & hic : Testes sunt edicta scripta , vocesque
 Quas mecum in Cassel contulit ipse graues.
 Sed sedet hoc animo exemplum proponere doctum
 Nobilibus nostris Principibusque viris.
Tu quod id expendis T R V C H S E S F R I D E R I C E G E O R G I ,
 Has modò defendis non sine laude theses.
 Perge procul dubio conatum comprobet ipse
 Princeps , hoc solum est Nobilitatis opus.
 Hassus ait Princeps se non agnoscere quenquam ,
 Nobile qui nomen iactet inane modò.
 Sit nisi , qui proprio virtutis nomine claret ;
 Ergo vides quod sit Nobilitatis opus.

Georgius Loscius V. I. D.
Praeses Disp.

M U M I S S I I L I B R O N I D A





